

um in atituris, quoniam est valde penetrans pulvis sp. vol. vid. BARTHOL. Cent. 3. hist. 87. *oleum pinguedinis* hujus, quod destillatur a ossibus Microcosmi, valde convenit in *Contracturis & topis* podagricis alijsque similibus malis. OSSA HUMANA considerantur vel in genere vel in specie os crani humani. Ossa humana in genere *præparantur* vel cum  $\Delta$ . vel sine  $\Delta$ : Cum  $\Delta$  *præparata* vel parum vel nihil præstant: Potius sine  $\Delta$  seu philosophicè *præparata* adhibentur, & haec dicuntur vim habere *laxativam*, Auctore PARACELSO & CROLLIO: Propterea CROLLVS & PARACELSVS pro purgante miscere solent pulveribus purgantibus in *arthritide*, in qua per se à  $\Theta$ i ad 3 $\beta$ . possunt adhiberi. Nam commodissimè permiscentur pulveribus arthriticis. In *dysenteria* ossa humana cum alijs commendantur multum, in qua etiam prosunt singulariter. In *paralyse* & tremore artuum commendantur permista cum specifico cephalico & cinnabari  $\ddot{\sigma}$ , quos affectus per sudorem præmisso universali certò curant, & fuerunt *experimentum* D. MICHAEL. Formulam habuit hanc:

$\text{Rx. Ossium Microcosmi præparatorum } \Theta$   
vel 3 $\beta$ .

Cinnabaris  $\ddot{\sigma}$  ritè præparati gr. x. vel xv.

M. D. S. Schwitz-pulver auff 1.  
mahl. Qui pulvis est egregius in paralyse: Nam *cura paralyseos* consistit in sudore uno vel altero: Vnde quando sudavit æger, statim melius sese habebit: In *paralyse ex colica* valde commendatur hoc sudoriferum:

$\text{Rx. } \nabla. \text{Enula Campanæ } \ddot{\sigma} \beta$ .

Cinnabaris  $\ddot{\sigma}$ . irit.

Sp.  $\ddot{\sigma}$  aa 3 $\beta$  vel gr. xv.

$\nabla. \text{Cinamomi destil. } \ddot{\sigma}j$ .

Misce pro dosi. Convenit in patēsi seu paralyse ex colica. Dicunt, quod si *costa* ex suspensis pulverifetur & assumatur, singulariter prolix in *Dysenteria*, de quo vid. STARICIVS in *Helden Schatz* p. 122. Ossa humana destillata dant spiritum &  $\Theta$  vol. quæ valde convenient in *affectibus articulorum* interno usu pro sudore. Beneficio ossis humani integri potest fieri *purgatio artificialis* tanta, quantam volumus: si 1. Rx. os ex pede vel brachio vel femore hominis violentâ morte interempti, & hoc exempta medullâ impletur cum stercore alicujus hominis, foramina obturantur cum cera, & sic in  $\nabla$ . calidam immittitur, hoc quamdiu jacet in aqua calidâ, tamdiu expurgatur iste, cuius stercus fuit inclusum, adeò ut sic aliquem usque ad mortem purgare possimus. Potest etiam fieri alio modo, ut quis omni nocte lectum suum maculet, sed est ludicum. Ossibus similes sunt DENTES, qui ipsi ex homine imprimis violentâ morte interempto commendantur ad morbos per *veneficium*, si nimis ex illis fiat suffitus. Item in impo-

tentia. Dens hominis longa tabe interfecti, si applicetur denti poroso & carioso, exinde fit, ut iste sponte decidat. Ex ossibus destillatum *oleum*, quod convenit in *Tophis & Gummatis Venereis* in specie: Hinc in *podagra* & affectibus alijs articulorum externo illita.

C R A N I U M humanum eligendum est illud, quod ex homine violentâ morte interempto reperitur, vel ex patibulo vel ex rota, in primis si ad aliquot annos sub dio vel cœlo jacuerit, ut cranium sit nitidum & purgatum ab omni sorde, hoc enim præfertur ei, quod ex coemeterijs ex hominibus naturali morte mortuis defumitur, quod parum vel nihil effectuum eorum habet, qui tribuuntur illo. Hoc Cranium humanum tantum *rufum* & internè sumptum est specificum *Epilepticum*. Sic novi hic rusticum, qui multos epilepticos juvenes & adultos feliciter hoc ipso curavit & præservavit ab epilepsia: In *pavore nocturno*, qui solet esse prodromus epilepsie, est expertissima rafura crani humani; & instar baseos, in quam plurimis pulveribus Epilepticis præscribi solet; modolegitim habeatur *Potus*, haustrus *ex crano* humano taliter collecto est expertum remedium *in scrophulis*, fuitque secretum HARTMANNI, & usu comprobatum à D. MICHAELI, qui fœminam scrophulis laborantem haustrum potu *ex crano* humano observavit libratam. Milites putant, si quis ex crano humano hauriat potum, fore, ut sit immunis ab *insultibus armorum*. Ex crano humano *Gelatina*  $\Theta$  & *spiritus Volatilis*, quæ omnia sunt specifica in *affectibus capitis*, in *Apoplexia*, &c. in specie in *Epilepsia*. In primis ex crano commendatur *os triquetrum*, quod fit ex cōcursu futuræ bifidæ seu sagittalis cū offe lambdoideo, præ reliquis specificiū in *Epilepsia*. Eo modo, quo fit *Extractum Gallreda THEOPHRASTI* ex crano, potest fieri cum CC. cum spiritu hyperici ad *Lumbricos* infantum. *Unicornu* vero ut & *Ebur* præparantur hoc modo cum spiritu *Melissæ*. Sunt, qui præparant *Essentiam crani humani* hoc modo. Rx. Rasuræ crani humani affundunt  $\ddot{\sigma}$  ad supereminentiam 3. digitorum, hoc relinquunt in digestione, deinde exprimunt & accipiunt *Gelatinam*: *Gelatinæ* inspissatæ affundunt spiritum vini, digerunt, inque fundo subfidet *oleum coloris aurei*, quod separandum est per inclinationem, & hoc est vera *Essentia crani humani*, quæ ad *Epilepsiam* singulariter commendatur.

U S N E A crani humani seu *muscus*, qui crescit in cranijs hominum violenta morte interemptorum aëri expositis. Haec usnea est multi usus, notum namque est, quod quascunque *hemorrhagias* quocunque in loco obortas sola applicatione soleat coercere & curare in quacunque *haemorrhagia*, quocunque in loco applicetur. Similiter crescit in alijs ossibus *muscus*, qui etiam ab Arabibus vocatur *Tsnea*, quæ non est adeò elegans & potens in talibus affectibus. Ratione ejus singularium virtutum sufficientem submittit HELMONT. in *scriptis*, in specie in tractatu de magi-